BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 — Seite 206v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445

Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tatem exercent in eos. Non ita erit in
ter vos, sed quicumque voluerit inter vos
maior fieri, sit vester minister. Et qui
voluerit inter vos primus esse, erit vester
servus. Sicut filius hominis non
venit ministrari, sed ministrare, et
dare animam suam redemptionem
pro multis. Et egredientibus eis ab ihe
richo, secuta est eum turba multa.
Et ecce duo sedentes ceci secus viam
audierunt quia ihesus transiret,
et clamaverunt dicentes: Domine miserere
nostri fili david. Et stetit ihesus et
vocavit eos, et dixit: Quid vultis ut
faciam vobis? Dicunt illi: Domine
ut aperiantur oculi nostri. Misertus
autem eorum ihesus, tetigit oculos eorum.
Et confestim viderunt, et secuti sunt eum.

Capitulum XXI.

Et cum appropinquassent ierusalem
et venissent bethfage ad
montem oliveti, tunc ihesus mi
sit duos discipulos suos dicens
eis: Ite in castellum quod contra vos est,
et statim invenietis asinam alliga
tam et pullum cum ea. Solvite
et adducite michi. Et si quis vobis
aliquid dixerit, dicite quia dominus his
opus habet, et confestim dimittet eos.
Hoc autem totum factum est, ut adim
pleretur quod dictum est per prophetam dicen
tem: Dicite filie syon: ecce rex tu
us venit tibi mansuetus, sedens
super asinam et pullum filium sub
iugalis. Euntes autem discipuli fece
runt sicut precepit illis ihesus, et ad
duxerunt asinam et pullum, et im
posuerunt super eos vestimenta sua, et
eum desuper sedere fecerunt. Plurima
autem turba straverunt vestimenta sua
in via. Alii autem cedebant ramos

de arboribus et sternebant in via. Tur
be autem que precedebant et que seque
bantur, clamabant dicentes: Osan
na filio david, benedictus qui venit in
nomine domini, osanna in altis
simis. Et cum intrasset ierusalem,
commota est universa civitas dicens: Quis
est hic? Populi autem dicebant: Hic est
ihesus propheta a nazareth galylee.
Et intravit ihesus in templum dei,
et eiciebat omnes vendentes et emen
tes de templo, et mensas nummulariorum
et cathedras vendencium columbas
evertit, et dicit eis: Scriptum est: domus
mea domus orationis vocabitur.
Vos autem fecistis illam speluncam
latronum. Et erat cottidie docens in
templo. Et accesserunt ad eum ceci
et claudi in templo, et sanavit eos.
Videntes autem principes sacerdotum
et scribe mirabilia que fecit, et pueros
clamantes in templo et dicentes:
osanna filio david, indignati sunt,
et dixerunt ei: Audis quid isti dicunt?
Ihesus autem dicit eis: Utique. Numquam
legistis: quia ex ore infantium et
lactentium perfecisti laudem? Et relic
tis illis abiit foras extra civitatem
in bethaniam, ibique mansit, et docebat
eos de regno dei. Mane autem rever
tens in civitatem, esuriit. Et videns
fici arborem unam secus viam, venit
ad eam, et nichil invenit in ea nisi
folia tantum. Et ait illi: Numquam ex te
nascatur fructus in sempiternum.
Et arefacta est continuo ficulnea. Et
videntes discipuli mirati sunt dicen
tes: Quomodo continuo aruit? Respondens
autem ihesus dixit: Amen dico vobis, si ha
bueritis fidem et non hesitaveritis,
non solum de ficulnea facietis,

Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant dicentes. Domine miserere nostri fili david.